









1743.

1. Eichardt, August Leubert: *Meditationes juris feudalis de feudi foeminei in masculinum per alienationem mutati effectus.*
2. Rossmann, Andreas Elias: *De fidejussione in Hen...*
- 3<sup>as</sup>  
2 Rossmann, Andreas Elias: *De dolo pro facto punito.* 2 Saep. 1743-1754.

1744.

1. Braunius, Carolus Delphinus: *De possessione ipso jure in heredem transmittente tam secundum jura Romana quam Germanica examinata.*
2. Gudenam, Joannes Guilielmus: *De rationibus in exco-  
municatis religionis controversiis docent. D. i. c. d. que  
formula praescripta est.*
3. Gudenam, Joannes Guilielmus: *De resignatione litte-  
rarum alienarum licita.*

1744.

4. Gome, Joannes Gualterus : De fortuna confecti
5. Reinhardtus, Joannes Paulus : De sacrificiis et soda-  
litibus arvalibus
6. Rossmannus, Andreas Elias : De consensu impera-  
toris et observationibus imperialibus necessariis.
7. Rossmannus, Andreas Elias : De salario curatoris  
senus Saxoniae.
8. Schroeterus, Joannes Emertus : De exceptionibus quibus  
appositis onus probandi eas imponitur.

1745.

Pfundel, Augustus Michael : De principio gentium  
universali omnium peregrinorum esse hostem ipsaque  
effectibus passim in jure obvis.

1747.

1. Gome, Joannes Gualterus : De poenis lucro actoris  
cedentibus.

1747.

2. Forme, Joannes Collet. De rectoribus rationibus.

3. Rethorica, Joannes Fidericus. Nunc et plura simul  
attendere possimus?

4. Schierschmidius, S. Justinus: de testimonio impu-  
beris quoadque veritatem, quod dissertationi  
in auzarati Dr. Bajani "Gottlob Chladewi" ... proce-  
missum. 2 Sembl. 1747:1740

5. Schweterus, Joannes Erhardus: De divisione juris dictorum  
in voluntariam et contentiosam

6. Schrockius, Joannes Erhardus: De juris dictione in genere  
quoque a legisatione et reliquis juris officio  
Differentia jure Romano.

1748.

1. Huthius, Casparus Theobaldus; Or. d. theol. Decanus:

In diss. Wettingensium de vocatione divina ad mi-

misterium ecclesiasticum ad animadversis theologice  
que disputationes in uny. solennia . . . Joani Me  
Chladerini rite indit.

2. Klett, Joanes Fredericus: De juris Festiniaci plac  
quae vim legis non habent.

3. Schroeterus, Joanes Ernestus: De proprietatibus  
voluntariarum jura dictiois.

1749.

1. Chladerinus, Jo. Martinus: De vestigiis

2. Schroeterus, Joanes Ernestus: De actibus volun-  
tariarum jura dictiois.

1750.

1. Braun, Carolus Adolphus: De admiralis serui  
futurum.

2. Schroeterus, Joanes Ernestus: De litis reosomita  
pass II.

3. Rosinannus, Andreas Siles: Problema hitoricitum  
regni Austriacae tabulari.



1743, 1

MEDITATIONES  
IVRIS FEVDALIS  
DE FEVDI FOEMINEI  
IN MASCVLINVM

PER ALIENATIONEM  
MVTATI EFFECTV,

QVAS,  
PRO SVMMIS  
IN VTROQVE JURE HONORIBVS  
ET  
PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

RITE CONSEQVENDIS  
DIE V. NOVEMBRIS. CIO IDCC XXXXIII.

AMPLISSIMO  
IVRIS CONSVLTORVM ORDINI

IN ACADEMIA  
FRIDERICIANA ERLANGENSI

SPECIMINIS LOCO INAUGVRALIS

PROPOSVIT

TRAVGOTT LEBRECHT EILHARDT  
I. V. D. ET ADVOCAT. IMMATR. ALTENS.

---

ALTENBVRLI, LITTERIS RICHTERIANIS.





§. 1.



on omnium feudorum eadem est ratio, sed ingens diuersitas, qua unum ab alio discernitur; ante omnia mihi prima diuisio occurrit, quod aliud sit feudum masculinum, aliud foemineum, Germanice Runckel. Lehn; a) illud, quod a masculo, hoc quod a foemina primo est acquisitum. b)

§. 2.

Parem in modum statuo, si feudum a foemina forte concessum sit, non propterea illud dici foemineum, quia feudum masculinum aut

A 2

foe-

a) 2. F. 30. et 50. b) 2. F. 30. Zael. p. 8. n. 39.

foemineum non ex eo, qui dedit, sed cui datum, significatum suum capit. c) Nec illud pro foemineo habendum, in quod foemina ex pacto vel more Regionis succedit, cum a masculino primum fuerit acquisitum. d) licet effectu successione inspecto ita dici posse, non negetur; e) siquidem vsitatum est, ut indifferenter illud feudum, in quo foeminae succedunt, foemineum appelletur. f)

## §. 3.

Quaeritur tamen, an in feudo foemineo, ut foeminae succedant, speciali pacto opus sit? Quod secundum Textum Juris feudalis 2 F. XXX. merito negatur; ratio consistit in eo, quia natura ejusmodi feudi est, ut masculi in successione praeferantur, et foeminae, illis non extantibus, demum admittantur. Non enim patet locus foeminae in feudi successione, quamdiu masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inuestitus; g) interim in dubio feudum non foemineum, sed masculinum h) esse, praesumendum est.

## §. 4.

- e) 2. F. 30. Hartm. Pistor. P. 2. Qu: 34. n. 28. d) 2. F. 11. ibi: nisi ex pacto vel nisi sit foemininum, ibid: vers. proles.  
 e) Vult: c. 8. n. 3. f) Rosenthal c. 2. concl: 7. g) 11. F. 17.  
 h) Rosenthal, c. 2. concl. 8.

§. 4

Quicquid de foeminis dictum, illud etiam ad masculos ex foeminis natos, extenditur; i) ratio, quia conditio successoris non potest esse melior, quam eiusdem auctoris: k) deinde feuda familiae causa sunt concessa; foeminae vero nubendo mutant familiam, ideoque cum sint quasi finis familiae, ex qua descendunt, l) in materia feudali a successione excludendae veniunt, ita, ut si praecedens gradus successionis capax non sit, neque sequens admitti possit. m)

§. 5.

Foeminarum autem successio in feudum non regulariter et indistincte locum sibi vindicat, sed solum in feudis impropriis, foemineis et haereditariis fundata est. In feudis e contrario masculinis et propriis, successio foeminarum naturalibus feudorum contrariatur. n) Hinc etiam in hisce feudis pure excluduntur; quae regula tamen et suas patitur limitationes. Ita et foeminae

A 3

- i) II. F. II. in verbis, ad filias vero seu nepotes vel pronepotes, vel ex filia nepotes seu pronepotes successio feudi non pertinet.  
 k) L. 143. ff. de R. J. l) v. L. 195. ff. §. fin. de V. 5.  
 m) v. §. 1. Inst. de Legit. agn. succ. n) I. F. 8. §. 2.

minae in feudo masculino succedunt, (1) si consuetudine vel statuto illud receptum o); (2) si specialiter in inuestitura dictum et cautum sit, vt foeminae quoque succedant; (3) in feudo franco et honorato p); (4) in feudo in quod iure Francorum (i. e. secundum consuetudines inter Francos receptas) succeditur; q) (5) in feudo Fuldenf, masculis tamen deficientibus, r) (6) in feudo Censuali et Laudemiali, quia foeminae quoque censum et laudemium soluere possunt;

## §. 6.

Cum feudo foemineo hereditarium neutiquam confundendum; longum discrimen inter utrumque apparet. De hacce distinctione valde inter Doctores controuertitur; eorum opiniones hic enarrare animus non est; in praesenti saltem definitionem feudi foeminei enucleare mihi necesse videtur. Feudum foemineum proprie sic dictum, mea opinione, ita describitur, quod sit illud, de quo mulier primum fuit inuestita, siue quod mulier primum acquisiuit. s)

Hinc

o) Stryckius in S. J. F. Lib. XV. qu. 12. p) Horn. de feudo franco, Struv. S. J. F. c. IX. th. 8. q) Rhetius in Comment. Feud. Horn. Jnr. Feud. Cap. XV. §. 7. r) Coccei de Feud. Fuldenf. s) Carpz. P. III. C. 28. §. 10. u. 2.

) 7 (

Hinc non ad personam concedentem, vt nonnulli volunt, sed ad personam acquirentem respiciendum esse arbitror.

§. 7.

De Successione in tali feudo diuersae natae sunt opiniones. Nonnulli liberos etiam masculos foeminae feudum acquirentis a successione penitus excludunt, quidam filios admittunt filiabus exclusis; porro alii eiusmodi feudum foemineum ad filios, et hisce deficientibus, demum ad filias transire statuunt; alii denique filiabus successionem concedunt, si illis speciali pacto prouisum sit. Mihi ea sententia vera videtur, quae foeminas deficientibus masculis, ad successionem admittit. t)

§. 8.

Quod feudum absolute haereditarium attinet, descriptionis explicationem ita suppeditare licet: Quod ea lege et conditione datum est. vt naturam habeat bonorum allodialium, salua manente substantia feudi.

§. 9.

t) consent. Carpz. P. III. C. 28. §. 10.

§. 9.

Differentia specifica inter feudum foemineum proprie tale, et haereditarium absolute tale consistit in hoc, quod foeminae in subsidium, et deficientibus masculis succedant, in hoc vero indistincte, non solum cum masculis ad successionem admittantur, sed etiam masculos in remotiori gradu constitutos, excludant.

§. 10.

Nunc ad alterum membrum thesios meae propositae accedo, ubi operae pretium erit, mutationem feudi, de qua mihi sermo est, ante omnia delineare; eiusmodi tamen mutatio triplici modo contingere potest, nempe (1) moriente Domino vel vafallo, (2) per alienationem, (3) per commissam feloniam.

§. 11.

De prima et vltima specie mutationis verba faciendi non teneo propositum; sed potius in eam inquirere mihi licet, quae sit per alienationem feudi.

§. 12.





( 9 (

§. 12.

Sed meae opinioni aduersatur; quod alienatio feudi Vasallo non licita, u) hinc Vasallus feudum non vendit, non donat, vv) non permutat, non in emphyteusin, vel in dotem concedit. x)

§. 13.

Nulla regula sine exceptione, hinc omnino licita est feudi alienatio, (1) si feudum in specie hac lege fuerit datum, vt absque speciali consensu Domini alienari possit. 2) Licita est feudi alienatio, si speciale statutum alienationem permittat, porro 3) licita est feudi alienatio, si consensus Domini. Consensus simultanee inuestitorum et agnatorum alienationem feudi reddit tantum validam.

§. 14.

Praesuppono itaque terminos habiles, et non aliter alienationem feudi foeminei concedo, quam si de consensu Domini constet.

B

§. 15.

u) I. F. 13. II. F. 44. Jus Feud. Sax. art. 69. Jus Feud. alienan. c 26. w) II, F. 9. x) II. F. 9. §. 2.

§. 15.

Quando itaque eiusmodi feudum foemineum, consentiente Domino directo, alienatur, et in alium Vasallum transfertur, mutatio intuitu Vasalli oritur, et eiusmodi feudum nouum fit.

§. 16.

Feudum nouum vero describitur, quod possessor et Vasallus ipse primum acquisiuit, y) sicut et illud feudum nouum fit, quod ab vna familia ad aliam, legitima venditione, est translatum.

§. 17.

Vasallo eiusmodi feudum nouum acquirenti liberum est, antiquam qualitatem irregularem feudi mutare, et in regularem, nempe: Vt soli masculi succedant, vertere;

§. 18.

Requiritur tamen ad hanc mutationem feudi, in regulare, vt consensus Domini directi simul

y) I. F. 8. §. fin. ibi. haec de hoc feudo II. F. 32. II. F. 26. vers. si quis per triginta

inul impetretur; quem Domini directi eo facilius exhibere solent, quia per talem mutationem conditio melioratur; siquidem Dominorum per plurimum interest, habere Vasallos habiles, 2) deinde etiam spes aperturae extat proximior; quam ob causam eo magis Vasallis mutandi tribuunt facultatem, et denique nostro aevo feuda non eo in sensu vti olim beneficiis adscribenda, sed plerumque titulo oneroso comparantur.

§. 19.

Hinc per eiusmodi declarationem primi acquirentis, accedente Domini directi consensu, ex feudo antea foemineo et irregulari nunc regulare et masculinum, in quo soli masculi succedunt, e contrario foeminae, quae antea tantum in subsidium et deficientibus masculis ad successionem admittebantur, pure ab omni successione excluduntur, oritur.

§. 20.

Feudum novum acquirenti certas personas, quibus simultanea inuestitura conferenda, in Saxonia

B 2

2) II, F. II. 2. F. 9. 36. J. F. Aleman. c. I. et 2. J. F. Sax, Cap. 2.

xonia Electorali intra annale spatium, a) quod postea ad sexennium b) extensum, ius praesentandi competit; haec tamen simultanea inuestitura in favorem Vasalli introducta, vt agnati, imo ascendentes, et alii amicitiae vinculo coniuncti ius succedendi in feudum consequantur. c)

§. 21.

Origo simultanae inuestiturae moribus Germanorum est introducta, quia olim in Germania soli filii feudalis successiones fiebant participes, d) hinc agnati et collaterales non succedebant; e) ideoque vt agnati et alii amicitiae vinculo iuncti succederent, inuenta est ratio simultanae inuestiturae;

§. 22.

Hodie simultanea inuestitura est pactitia, et non ex iure sanguinis, sed primario per pactum defertur; pactum enim reuera inter praesentantem et

a) iuxta Elect. Mandat. feud. de Anno 1691. b) vid. Erläuterungs-Mandat de Anno 1701. c) vid. mea Disp. de literis feudi reuers. Anno 1735. Lipsiae habita §. 12. d) vid. J. F. Sax. cap. 6 §. 21. J. F. Aleman. c. 63. e) J. F. Sax. cap. 32. J. F. Aleman. c. 65. §. 1.



et praesentatos adest, nempe Vasallus et primus  
acquirens declarat voluntatem suam, velle hunc  
vel illum ad simultanee inuestitum recipere. Prae-  
sentatus vero acceptat hanc promissionem, ade-  
oque perfecte nascitur obligatio, quae Vasallo  
poenitendi licentiam adimit.

§. 23.

Quemadmodum simultanea inuestitura con-  
sensu Vasalli et Domini directi impetratur, ita  
Vasallo necessario incumbere videtur, Dominum  
directum precibus adire, vt pactum cum simul-  
tanea inuestitis in initum, et per litteras presenta-  
tionis denuo declaratum, tam confirmet, quam  
denominatis simultanee inuestitis simultaneam  
inuestituram iuxta tenorem praesentationis,  
conferat.

§. 24.

Sunt itaque litterae praesentationis norma  
et fundamentum successionis a primo acquiren-  
te praescripta, secundum quam praesentati si-  
multanee inuestiti ad successionem in iis determi-  
natam admittuntur.

B 3

§. 25.



## §. 25.

Vt autem de mente mea clarius constet, monendum esse duco, quod primus acquirens in Literis praesentationis tantum simultanee inuestitos eorumque masculos descendentes, E. g. Daß Titius und Sempronius, und nach ihrer und ihrer Männlichen Descendenten Abgang.

Fridericus und Georgius und ihre Männlichen Leibes Lehns Erben in Lehn einander folgen sollen.

ad successione[m] praesentauerit, consequenter ordinem succedendi regularem declarauerit;

## §. 26.

Si itaque Dominus directus consentiat in talem simultaneam inuestituram, et pactum successorium in literis praesentationis determinatum confirmet, et approbet, quod quandoque per speciale rescriptum ad curiam feudalem, plerumque huius tenoris: Wir wollen geschehen lassen, daß die gesammte Hand allerseits angegebener Personen zur Mitt. Belehnung gebethener maßen, erfolge, fieri solet; eiusmodi pacto tanta vis et validitas attribuitur, vt literae praesentationis fun-

fundamentum successione inter simultanee inuestitos obseruanda, constituent.

§. 27.

Peracta praesentatione et confirmatione, sequitur simultanea inuestitura, quae est actus, quo aliquis vna cum feudi possessore de feudo simul ita inuestitur, vt ipse ius succedendi reale capiat, quem actum a curia feudali ad petita praesentati peractum, *derer Lehn-Brieffe*, sequitur. Plerumque tamen fieri solet, ut extensio istarum Literarum inuestiturae longo interuallo interiecto differatur.

§. 28.

Ex quibus apparet, literas inuestiturae cum literis praesentationis ad omnia et ad verbum conuenire debere. Nam haec confirmata praesentatio fundamentum pactitiae successione iecit, a qua inuitis iis, quorum interest, recedere, et pactum inuertere non licet. Deinde literae inuestiturae necessario explicandae veniunt ex literis praesentationis; Quicquid vero in relato continetur,



netur, in referente repetitum esse censetur, vt pote  
cuius pars est, f) cum relatum in referente esse  
dicatur.

§. 29.

Sub iudice tamen adhuc lis est, an literae prae-  
sentationis plus valeant, quam literae inuestitu-  
rae; fingo enim casum, vbi a primo acquirente  
in literis praesentationis, ratione feudi nouiter  
acquisti, certus et quidem masculorum succeden-  
di modus praescriptus erat, quod eo magis pri-  
mum acquirenti licitum reputabatur, quia simul-  
tanea inuestitura in fauorem Vasalli est intro-  
ducta, hinc in eius libero arbitrio stetit, an simul-  
tanea inuestitos praesentare velit, nec ne? Et  
cum simultanea inuestitura primordium a con-  
sensu Vasalli capiat. g) hinc et ipsi integrum  
erit, rei, quae primitus ab eius voluntate dependet,  
legem dicere. Si quidem quod in gratiam alicuius  
conceditur, non est in eius dispendium detor-  
quendum, h) a Curia feudali literae inuestiturae  
nihil-

f) Boehmer. Consult. et Dec. Tom. II. Resp. 68. n. 25. Meu-  
P. VII. Dec. 155. g) vid. Mencken, Disp. de simultanea in-  
uestitura ascendentium ad successiorem feudalem apud Saxo-  
nes. h) c. 61. de Reg. Jur. in 6. l. 6. C. de L. L.



nihilominus aliter, quam primus acquirens in suo cum simultanee inuestitis inito pacto determinauerat, extenduntur. E. g. Ex mente primi acquirentis in literis praesentationis expresse declarata, tantum simultanee inuestitis eorumque masculis descendentibus ius succedendi in feudo nouiter acquisito, consentiente Domino directo, attributum est, non obstante hoc pacto legitimo successorio, curia feudalis in concipiendis literis inuestiturae successionem simultanee inuestitorum simul iuxta naturam feudi antiquam, et sine dubio per errorem, etiam ad sexum foemineum extendit; quo facto lis inter simultanee inuestitos eorumque haeredes oriebatur, et quaestio mouebatur, an pactum successionis in literis praesentationis determinatum, an vero literae inuestiturae huic pacto e Diametro aduersae, praeualeant?

§. 30.

Inter argumenta, quibus affirmabatur, literas eiusmodi inuestiturae validas reputandas esse, primum locum occupat, 1) quod inuestitura vim contractus ostendat, et in eum velut scopum omnium feudi status dirigatur, nec possit feudo potiri, quem

quem excludit inuestiturae tenor, quippe qui legem et naturam tribuit feudo. i) (2) Quod in decidendis quaestionibus feudalibus, inspiciendae sint literae inuestiturae, et quidem antiquiores, quibus ante omnia standum. k)

§. 31.

Sed iure meritoque in dubium voco adductas rationes; Nego atque pernego, tales literae inuestiturae legem successioneis quoad simultanee inuestitos praebere. Siquidem simultanea inuestitura ortum non habet ex inuestitura, sed ex pacto, hinc etiam pactitia vocatur. Hoc pactum vero necessario legem decisivam successioneis, citra inuestituram, determinare, in aprico est. Deinde literae inuestiturae saltem conventionem inter Dominum directum et Vasallum ratione praestandorum, literae praesentationis vero pactum ratione successioneis inter Vasallum et simultanee inuestitos, constituunt. Hinc priores tantum in eo casu, si lis inter Dominum directum et Vasallum ratione praestationis oritur, posteriores vero, si inter Vasallum et simultanee inuesti-

i) Menoch. Confil. 58. n. 23. Vol. II. k) II. F. 2. §. 2. Stryck. in Exam. Jur. Feud. Cap. 1. Qu. 23.

uestitos, similiter si inter simultanée inuestitos eorumque haereses intuitu successione controvertatur, decisione gloriantur. Cui accedit, simultaneae inuestiturae negotium principaliter Vassallum et simultaneae inuestitos tangere, ideoque iuri non repugnat, circa illud negotium conventiones inire, iisque normam partibus constituere. 1) Et quemadmodum ad formam simultaneae inuestiturae pactum requiritur, ita etiam applicatio quae de pactis inuenitur, recte procedit,

§. 32.

Quo ipso et hoc dubium, quod iuxta §. 30. in decidendis quaestionibus feudalibus inspiciendae sint literae inuestiturae, et quidem antiquiores, corrui. Licet enim in regula hoc procedat. Verumtamen inter Feuditas concludendum est, casum a regula excipiendum esse, si de noua Domini, Vassalli et simultaneae inuestitorum conuentione appareat, m) et mutatio inter Dominum

C 2

1) a. L. 10. C. de pact. m) Schrader. P. 1. C. 2. n. 39. Stryck. in Exam. Jur. Feud. C. 1. Qu. 22. Horn. Jurisp. feud. C. 1. §. 37. Struv. syntagm. Jur. Feud. cap. 1. §. 11. n. 3.

minum Directum, Vasallum et simultanee inuestitos interueniat.

## §. 33

Ex quibus nunc facile colligere licet, quid sentiendum de casu speciali in §. 29, adducto, quo Curia feudalis contra pactum, in literis praesentationis determinatum, et a Domino directo per speciale rescriptum approbatum, literas inuestiturae, et quidem post obitum primi acquirentis aliter conceperat, et in his foeminis nunquam praesentatis, ius succedendi constituerat. Jure meritoque reiiciuntur eiusmodi literae inuestiturae; quia, quod in his pacto contrarium mutatum, ex errore factum. Error vero nullum ius facit; n) neque actum inualidum sustinet. E contrario iuris certissimi est, quod iudex in decidendis causis feudalibus pacta contrahentium attendere debeat. Per tale pactum simultanea inuestitura defertur, et simultanee inuestitis secundum hoc pactum et inuestituram tale jus reale quaesitum est, vt sine eorum culpa aut facto mutatio quaedam suscipi non possit. o) Deinde haec pacta foeminis a spe succedendi exclusis,

n) arg. L. 15. ff. de Jurisd. o) II, F. 29.

clusis, nullam spem successione tribuunt; praesertim cum res certa sit, Dominum inuito Vasallo simultanee inuestitum non obtrudere posse. p) Porro in arbitrio Curiae feudalis non stetit, fines pacti excedere; excedens fines pacti, nihil agit et Dominum non obligat, q) praesertim cum in inuestitura semper intelligi debeat clausula: Saluo jure tertii, vt pote, cui Dominus derogare voluisse non praesumitur; inde etiam literae inuestiturae Vasallo nihil nocent, neque jus quaesitum auferunt; r) potius permittitur Vasallo monere, quae circa nouarum literarum iunctionem ipsi monenda videntur. Et quemadmodum eiusmodi feudum ex pacto et prouidentia oritur, ita, quoniam ex pacto acquirentis et prouidentia legum descendit, etiam successio feudalis regularis per pacta determinata ordinem retinet. Consequenter decisio extra omne dubium posita est, in allegato casu literas praesentationis plus valere, quam literas inuestiturae, praesertim si posteriores error comitetur.

C 3

J. 34.

Carpz. lib. 8. Resp. 75 Forgausch Ausschreiben Tit. welcherge-  
stalt, die Agnaten s. iedeck 2c. arg. L. 5. pr. L. 46. D. L. 12.  
C. mandat. q) L. 10. C. de Procurat. c. 22. X. de Rescriptis.  
r) Dominus Leyser. spec. 174. med. 1.

§. 34.

Multa adhuc alia quae de literis feudi praesentationis adduci possent, ob temporis penuriam atque chartae angustiam, praetereo, et alii referuo occasione. Interim de literis feudi reuersalibus, de quibus Vasallus ante praesentationem sollicitus esse debet, in speciali Dissertatione s) tractaui, inde crambem bis coctam apponere non licet. Caeterum Deum ter optimum maximum pro gratia hucusque concessa deuota veneror mente.

s) vid. Dissert. meam de literis feudi Reuers. Lipsiae Anno 1736. habit.



PER ILLUSTRIS EXCELLENTISSIMO

ATQUE

SUMME REVERENDO DOMINO,

DOMINO

ERNESTO FRIDERICO

LIBERO BARONI

DE SECKENDORFF,

SERENISSIMO DUCI SAXO GOTHANO A CONSILIIS STA-

TUS SANCTIORIBUS, ILLUSTRIS REGIMINIS JUSTITIAE ALTENBURGEN-

SIS CANCELLARIO, ET CAPITULI NUMBURGENSIS CANONICO

EMINENTISSIMO. REL.

DOMINO SUO GRATIOSISSIMO

OCCASIONE

OCCASIONE SUMMORUM IN UTROQUE JURE  
OBTINENDORUM HONORUM  
PRIVILEGIORUMQUE DOCTORALIU<sup>M</sup>,  
HOC SPECIMEN INAUGURALE

EX  
JURE FEUDALI DESUMTUM,

IN  
HUMILLIMAE SUBMISSIONIS REVERENTIAE

EO QUO PAR EST AC DECE<sup>T</sup> ANIMI CULTU

DECLARANDAE

AETERNAEQUE PIETATIS

TESTIFICATIONEM

SACRUM ESSE VULT,

UNAQUE

LAETISSIMA

PERPETUAE FELICITATIS INCREMENTA

RERUMQUE OMNIUM EXOPTATISSIMOS SUCCESSUS,

DEVOTISSIMA MENTE APPRECATUR

PERILLUSTRIS ATQUE EXCELLENTISSIMI  
NOMINIS SECKENDORFFIANI

HUMILITER OBSEQUIOSISSIMUS

D. TRAUGOTT LEBRECHT EILHARDT.







Erlangen, Diss., 1743-50

ULB Halle  
003 552 225

3



f

Sb.





1743, 1

MEDITATIONES  
IVRIS FEVDALIS  
DE FEVDI FOEMINEI  
IN MASCVLINVM

PER ALIENATIONEM  
MVTATI EFFECTV,

QVAS,  
PRO SVMMIS  
IN VTROQVE JURE HONORIBVS  
ET  
PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS  
RITE CONSEQVENDIS  
DIE V. NOVEMBRIS. CIO 13CC XXXXIII.  
AMPLISSIMO  
IVRIS CONSVLTORVM ORDINI  
IN ACADEMIA  
FRIDERICIANA ERLANGENSI  
SPECIMINIS LOCO INAVGVRALIS

PROPOSVIT  
TRAVGOTT LEBRECHT EILHARDT  
I. V. D. ET ADVOCAT. IMMATR. ALTENB.

ALTENBVROI, LITTERIS RICHTERIANIS.